 

# Sigismundus Primus Rex Poloniæ Fabiano Episcopo Varmiens.

323

Rnde in Christo Pater, sin=
=cere Nobis dilecte —

Gratam nobis admodum rem facit, P^{ttas}
Vestra, quòd ea quæ intelligit moveri in
animis utriusque [Prussiæ et Livoniæ] Domini Magistri, et Or=
=dinis eorum, nobis diligenter declarat.
Miramur si Illi nullâ à nobis provocati
injuriâ, bellum adversus nos ordirentur.
Quod tamen si fallerent, daremus operam,
ut et inultum non ferrent, et recordarent
in posterum, quantum dispendium sit
bellum temerè, et injustè aggredi, Postu=
=lamusque à Vestra P^{tte} ut et in posterum
quidquid unquam ab eis novi intelligere
potest, nobis quàmprimum significet —

Quod verò attinet ad Con=
=stitutionem Capitaneorum in Arce nostra
Marieburgens. nondum deliberavimus,
quos sumus facturi. Nam hæc res, non par=
=vi nobis videtur momenti. Cogitabimus

igitur

Cogitabimus igitur, ut ita faciamus, pro-
ut commodius et utilius erit, loco illi, et
Reipublicae. Inter quam cogitationem, ha-
bebimus non postremam rationem com-
mendationis vestrae Pat^nis, quam pro Fra-
tre suo Mgfco Stanislao Kosielecki
Palatino Iunivladislaviensi fecit. Et va-
leat feliciter Pat^as Vestra. Dat^r.

O.O.S.